

etaculo non exquisitissimos tantum, sed & levioris
armatur & milites introducendos: ut si non magna
spectatori, quam sperat, lucem adferant, discrimini
tamen sint doctiorum: ac velut pictores lucem ad-
umbraturi, post candorem summum profundissi-
mas nigredines locant, ut harum obscuritas, lumi-
nis claritatem magis protrudat: ita viliorum au-
thorum lectio ad præstantiorum amplexum legen-
tes magis excitat: lecta magis illustrat: illustrata
magis imprimit, impressa deniqꝫ justo ore, more, &
honore veneratur.

Usi sumus in hujus compilatione studio & opera
Iſaaci Habrechti, Phil. & Med. Doctoris, Chi-
miæqꝫ studiosissimi: qui simul pollicitusest, se brevi
integrum nobis volumen ex meris manuscriptis,
& nuspiam evulgatis, præstantissimis authoribus
chimicis communicaturum: dum modo viderit
hos labores suos Chimiatriis haud displicuisse.

Valeat, vigeat, vireatqꝫ Lector benevolus: Nos
sibi commendatos habeat: ac levidensia hinc inde
omissa & commissa errata, aequo animo ferat.
Scriptum Argentine, Nonis Januarijs, Aeræ
Christianæ, 1622.

LAZAR. ZETZNERI
Hæredes.

(*) 3

ELEN